

VALENTINIANVS EPISCOPVS CURIENSIS.



Valentinianus eruditione & omnis generis
uirtutibus apud Rhetos suo tempore nulli
secundus extitit. Itaque Eddone mortuo ipse omniū
consensu, Curiensis praeful electus fuit, an. Chri-
stī 550. Hic Christianos paſſim ob Barbarorum in-
cūſiones afflitos consolatus est, & ſpe uitæ æter-
næ omnes ad uirtutes excitauit. Postea quoque S.
Lucij templum erexit, atque moriens in eodem ſe-
pultus fuit. Is locus postea in Monasteriū conuer-
ſus. Eius ſuccellor Paulinus ex fratre nepos, mar-
mori, quod ſepulchro impositum fuit, tale epitaphium inſculpſit:

Hoc iacet in tumulo quē defleuit Rhetica tellus,

Maxima ſummorum gloria pontificum:

Abiectis qui fudit opes, nudataque texit

Agmina, captiuis præmia larga ferens.

Est pietas uicina polo, nec funeris iustum

Sentit ouans factis quæ fecit astra bonis.

His pollens titulis Valentiniane ſacerdos

Crederis à cunctis non potuisse mori,